Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 106

, 233.

Emb. Oraes mit Stempel Signatus.

Cod: CV.

Chartac: Fol: Sæc: 15. A 5.12

Jacobi de Voragine Sermones Dominical:

Jacobi de Voragine Ord: Praed: Sermones Dominicales. Codex ab initio, et in fine mutilus, incipit: " fratres sui erant, " quæ sunt ex Sermone 2^do^ Domin: I. Adventus; quae vis namque Dominica tres numerat Sermones. Jacobo de Voragine eos adscribit scheda a manu coæva exarata, et codicis lateri affixa, his verbis: " Jacobus de Voragine per dominicas totius anni ". De authore vide Supra Cod: XCVIII.

Cod: CVI.

Chartac: Fol: Sæc: 14.^to^ 15.^to^ A 5.13.

I

Guillelmi Redonensis Apparatus in Summ Raym de Pennafort. 1a-29b

Guillelmi Redonensis Summula, seu Apparatus in Summam Raymundi de Pennafort de casibus conscientiae. Incipit: " Omnem scientiam et doctrinam sacra scriptura transcendit. " Folio 3^tio^ columna 2^da^ est titulus: " Summula de Suma reymundi " Incipit: " Iste liber cui jus subiectum est jus canonicum a sanctis patribus institutum. " Folio 74^to^ lol: 1^a^

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 106

, 234.

legunt̃r sequentia: " Et sic modo breviter
" post edīco et cōpendium juris lucide et
" utiliter docens plura necessaria vā circa
" sacramenta ecclesie occurencia Et vocatur
" Sūma raymundi quia eam raymundus edidit
" et a libris juris extruxit Et etiam voca,
" tur Sūma pauperum quia pauperibus com,
" posita qui non possunt jura studere prop,
" ter defectum pecunie pro quo sit bene "
" dictus in secula seculorum dominus Amen.
" Explicit cōmentum Sūme raymundi sub
" anno domini Mccc l xxxx ix° Lips,
" tum in studio generali Wyenne A quodam
" socio dictus paulus loseller de Kremzz
" Et si aliquis immaturus homo de secta ba,
" chantorum hec dicta vilipendere laborans
" ille non faciat quia illa dicta sunt dicta
" sepius probata et in studys generalibus
" reptata S. Ofordie prag Wyenne ꝛc:
" Cum totum fecisse putas latet anguis in
" herba. Et nota ubi tu habes notabilia
" quibus est appositum rete ibi inveniuntur
" bone difinaciones vel similiter in alys
" notabilibus Multa legas facito perlecta
" perlege multa. ꝛc". His immediate sub,
junguntur quaestiones de sacramentis, qua
incipiunt: " Circa inicium Sūme ray,
" mundi videndum est primo de sacramen
" tis! Sunt numero 34 quibus in fine ad,
" ditur: " Et sic est finis questionum Sūme
" raymundi per manus Johanis sub ano
" domini M cccc 16°. "

Guillelmus Redonensis J. non Cēdonen,
sis, vel Cesdonensis, ut quidam perperam
Armoricus Gallus Ord: Sdedic: Raymundo

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 106

, 235.

de Pennafort addictissimus, ejusqꝫ vestigia legens floruit circa ann: 1250. Cum Appara, tus noster authorem esse /: licet ab editori, bus Summae Raymundi Rom: 1603 v. 1619. Bonon: 1613. atque Avenion: 1715 Joanni Lectori de Friburgo tribuatur :/ satis evin, cit Quetif Tom I. pag: 109 et 130.

2

Nota. Ab hoc numero ad finem usqꝫ codicis adeo cancta sunt confusa, et mis, tim compacta, ut nesciam, incredibilisne bibliopegi inscitiae, an studiosae alterius malitiae magis sit indignandum.

Henr: de Vrimar: Tract: de X praecep. 90a–103b

Henrici de Vrimaria Tractatus de X pra, ceptis. Initium est: "Audi Israel pra, cepta Domini Dei tui!" De authore hujus tractatus dubium moveri possit: Fabric: enim Bibl: med. & inf: latin: T: 3. pag: 218.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 106

, 236.

eum Henrico Langenstain, seu de Hassia tribuit, sed hoc addito: quanquam alii eò, dices hunc tribuunt Henrico de Vimaria; et Krausius, Umstände: Univ: Par: p: 197. n: 43 esse Coenob: Cremifanensi codicem ad, fert Ms: qui eundem Henricum de Hassia authorem nominat. Verum Trithemius de Script: eccleriast: Cap: 589. Aber. Mirceus in auctar: pag: 80. Fabric: l. c: p: 232. Ossinger. Bibl: August: p: 953 Henrico de Vimaria, et uti videtur potiori jure ver, dicant.

Henricus de Vri, Vimarius, Frimarius, Thuringus Ord: Fr: Eremitarum S. Augustini, ni, praeter rem, ut fatetur Auctif. l. pag. 741 Dominicanis à quibusdam accensitus floruit Doctor Parisiensis circa ann: 1334.

3

Eusdem Passio D:N: literaliter et moral: explana, ta.

Eusdem Passio Domini nostri literaliter, et moraliter explanata. Titulo caret; ini, tium vero est: " Scitis quia post biduum pasca fiet et filius hominis tradetur &, Matt XXVj. Ad intellectum sequentium No, ta quod passio Xti describitur. De au, thore hujus operis saepius typis excusi ne nihil certi adhuc dum habere fateor. Din, selspichelii non esse, nec Thomae de Ha, selbach, nec Henrici de Hassia verba, cent initialia. Ossinger Bibl: August: p: 953 literalem, et moralem Passionis expo, sitionem tribuit Henrico de Vimaria, cu, jus sententiam jam lubens amplexus eram,

104a — 131b "
"
"

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 106

, 237.

cum dubium me reddiderat Krauſius pag: 178. producens ex Bibl. Tyrnstein: Tractatum de paſſ: Dñi ſub nomine Henrici de Vrimaria, qui incipit: Quia nihil utilius. Interim ſit nobis hic author donec certiora prodeant. Idem opus ſæpius occurret infra, ubi vocatur Concordantia paſſionis Tritheni, qui Cap: 872 etiam Henrico Arnoldi Carthuſiano tribuit Concordantiam Evangeliſtarum de paſſione Domini.

4

Tractatus contra Waldenſes; absque capite, et calce. Id unum laboriose satis colligere potui, agi de ortu haereſis Waldenſium, eorumque dogmata, et in Eccleſiam Romanam criminationes refelli. Antiquiores ſunt Joh: Fabri Epiſc: Vienn: triginta articuli contra Waldenſes Reinhardi (a) anonymi alterius aliis divinandum relinquo.

Tractatus contra Waldenſes. 131 b – 143 b

(a) Aſchbach Script: Univers: Vien: Sec 2. p: 62.

Nb: Eſt Tractatus Petri de Pilichdorf, qui legitur Cod. CCXIII. n. 9. ubi plura.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 106

, 238.

5ª

Eusebii Cremon: Epist: de transitu, seu obitu s. Hieronymi.

Eusebii Cremonensis Epistola de transitu, seu obitu S. Hieronymi. Titulum praeset, fert: " Incipit epistola beati Eusebii ad bea, tum Damasum portuensem Episcopum et ad Xtianissimum Theodonium (a) romanorum Se, natorem de morte gloriosissimi Jeronimi Doctoris eximii Sequitur:: Patri Reveren, dissimo damaso portuensi episcopo et xti nissimo theodonio romanorum Senatori Eusebius olym Jeronimi Sanctissimi disci, pulus nunc vero eodem orbatus — dolo, rem et Sacratissimum gaudium // Post sa, lutationem incipit epistola Eusebii bea ta Multifariam multisqp modis" &c.

(a) Ita semperiod, pro Theodosio.

146 173b-~~174a~~

Trithem: de Script: eccles: Cap: 126 de Eusebio Cremonensi dicit: " Scripsit ad Da, masum Portuensem Episcop: et Theodosium Rom: urbis Senatorem satis elegans, et prolixum volumen, " quibus Alb Fabric: innota U addit: " non ab Eusebio Creno, nensi, sed ab alio longe junioris aetatis scrip, tore compositum, plenumque fabulis, ab Erasmo, et aliis viris doctis merito explo, sum. " Dignus est, qui audiatur Eras, mus in vita d: Hieronymi, quam exhi, bet in edit: opp: d: Hieron: Basil: 1565. ubi ait: Haud scio quonam fato in ra, bulam quemdam intidit J: Hieronymi: sic undique sui similem, et Hieronymi dissimilem, ut nescias, quid potissimum ~~edant~~,

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 106

, 239.

" in eo admireris, linguaene prodigiosam
" infantiam, ac balbutiem, an insignem
" literarum insciti am an miram mentiendi
" impudentiam. Hominem profecto dignum,
" quem si vivat, publicitus omnes omnium
" mortalium manus sacris impetant, qui mor-
" tales universos pro sacris non pro hominibus
" habuerit. Quis enim illius legens nænias,
" ni plane truncus sit, non protinus senti-
" et personatum histrionem, qui Vertumnum
" quemdam, aut Proteum nobis referens,
" nunc Eusebius est Cremonensis, nunc Cy-
" rillus, nunc Augustinus, nunc Ambrosius,
" nonnunquam si libeat Damasus, aliquo-
" ties, si superis placet Hieronymus? "
Rucis: totum stupidis anachronismis,
~~stupidis~~ ac miraculorum portentis, et im-
pudentissimae vanitatis fabulis refer-
tum est. Catat in edit: opp: S. Hie-
ronymi, opera N. V. Petini Romae 1572.
fol: T. 9. pag: 402.

Epist: S. Augustini ad Cyrillum Hierosolymitanum de S. Hieronym:

1469 - 1730

S. Augustini Episcopi Hyppon: Epistola
ad Cyrillum Hierosolymitanum de magni-
ficentiis S. Hieronymi. Incipit: "Gloriosissimi christiane fidei athletae" Opus
esse supposititium vel ex eo liquet, quod
S. Hieronymus de cujus morte in hac
epistola sermo est, longe post Cyrillum,
hic ao 386; ille ao 422. vita functus
est. In praef: editione extat pag: 427.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 106

, 240.

7

Cyrilli Hierosol: Epist: ad S. Augustin: de mirac: S. Hieron:

f. 173v–

Cyrilli Hierosolymit: Episcopi ad S. Augustinum Epistola de miraculis S. Hieronymi. Incipit: Venerabili viro episcoporum eximio." Haec quoque spuria est, eadem ratione, quae num: praec: allata est. In editione memorata legitur p: 431.

Cod. CVII.

Chartac: Fol: Sec: XV. 14.

A 5.14.

1

Nicolai Tybinii Viaticus Rhetoricae.

Nicolai Tybini Viaticus Rhetoricae: ita titulus; initium est: " Populi gentium in tenebris ambulantium visa est lux magna." Fol: 37p legitur: " Explicit Tractatus Tibini primus," unde concludere licet, id quod sequitur constituere tractatum ejusdem operis alterum, qui incipit: " Ad formandam salutationem"; & infra: " Explicit Tybinus &c: Si tu scriptoris nomen cognoscere velis, Ma tibi primum, thymedium asque sit ymum! ergo Mathias; fortasis Katzpeckh de quo supra codice XCIX.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 106

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27442

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)